

**Departamento de Lenguas y Literaturas Clásicas**  
**Selección interna para cubrir cargos**  
**de Ayudante de Primera de Lengua y Cultura Latinas (11 de julio de 2023)**

Temas propuestos por la profesora LILIANA PÉGOLO:

- 1) Usos del modo subjuntivo en oración principal. Para la exemplificación, seleccionar textos pertenecientes a autores tardorrepUBLICANOS y augústeos. Establecer el nivel del alumnado para el cual se dirige la clase.
- 2) Análisis morfosintáctico y lexical, escansión y traducción de *Eneida* 4.140-150, de P. Virgilio Marón. Contextualización del pasaje en el marco de la obra, caracterización genérico-discursiva. Establecer el nivel del alumnado para el cual se dirige la clase.

nec non et Phrygii comites et laetus Iulus	140
incipidunt. ipse ante alios pulcherrimus omnis	
infert se socium Aeneas atque agmina iungit.	
qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta	
deserit ac Delum maternam inuisit Apollo	
instauratque choros, mixtique altaria circum	145
Creteisque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi;	
ipse iugis Cynthi graditur mollique fluentem	
fronde premit crinem fingens atque implicat auro,	
tela sonant umeris: haud illo segnior ibat	
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.	150

Temas propuestos por la profesora MARÍA EUGENIA STEINBERG:

3) T. Lucretii Cari, *RN I* 136- 145.

Nec me animi fallit Graiorum obscura reperta  
Difficile inlustrare Latinis versibus esse,  
Multa novis verbis praesertim cum sit agendum  
Propter egestatem linguae et rerum novitatem.  
Sed tua me virtus tamen et sperata voluptas  
Suavis amicitiae quemvis efferre laborem  
Suadet et inducit noctes vigilare serenas  
Quaerentem dictis quibus et quo carmine demum  
Clara tuae possim praepandere lumina menti,  
Res quibus occultas penitus convisere possis.  
(...)

Indicaciones: Trabajar el texto desde la morfología y la sintaxis. Traducción. Identificar una clasificación de los sustantivos y adjetivos de las diferentes declinaciones. Identificar la formación de los adverbios del texto y usos del infinitivo. Comentario literario del texto y contexto.

4) Petronii Arbitri, “Matrona Ephesi” (*Satyricon*, 111-112, selección).

(...) Sic adflictantem se ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui; magistratus ultimo repulsi abierunt, complorataque singularis exempli femina ab omnibus quintum iam diem sine alimento trahebat. Adsidebat aegrae fidissima ancilla, simulque et lacrimas commodabat lugenti, et quotienscumque defecerat positum in monumento lumen renovabat.

Una igitur in tota civitate fabula erat: solum illud adfulsisse verum pudicitiae amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur, (...) interim imperator provinciae latrones iussit crucibus affigi secundum illam casulam, in qua recens cadaver matrona deflebat.

Indicaciones: Análisis morfológico y sintáctico. Traducción. Selección de sintagmas de núcleo sustantivo y modificadores. Selección de oraciones apropiadas para su trabajo en un primer curso de Latín. Transposición didáctica del texto para simplificar las construcciones complejas. Comentario literario de texto y contexto.

Temas propuestos por la profesora MARIANA VENTURA:

5) Cicerón, *In Catilinam*, 1.32 (ed. A.C. Clark, Oxford, 1905).

Qua re secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur, muro denique, quod saepe iam dixi, secernantur a nobis; desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare; sit denique inscriptum in fronte unius cuiusque quid de re publica sentiat. Polliceor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem ut Catilinae profectione omnia patefacta, inlustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

Consigna: analizar gramaticalmente, traducir y comentar.

6) Proposiciones subordinadas sustantivas de infinitivo.

Consigna:

Proponer una explicación teórica del tema para un curso de Lengua y Cultura Latinas II, incluyendo la selección y el análisis de un texto adecuado para desarrollarlo y posible ejercitación.

Temas propuestos por la profesora JIMENA PALACIOS:

7) Sintaxis de las proposiciones relativas en modo subjuntivo. Ejemplificar con textos originales.

8) Verg. *Ecl.* 9. 1-18. Análisis métrico, sintáctico, traducción del pasaje y comentario de la composición en su conjunto con especial atención al género literario y a sus relaciones intra e intertextuales.

{L.} Quo te, Moeri, pedes? an, quo uia dicit, in urbem?

{M.} O Lycida, uiui peruenimus, aduena nostri  
(quod numquam ueriti sumus) ut possessor agelli  
diceret: 'haec mea sunt; ueteres migrate coloni.'  
nunc uicti, tristes, quoniam fors omnia uersat,  
hos illi (quod nec uertat bene) mittimus haedos.

{L.} Certe equidem audieram, qua se subducere colles  
incipiunt mollique iugum demittere cliuo,  
usque ad aquam et ueteres, iam fracta cacumina, fagos,  
omnia carminibus uestrum seruasse Menalcan.

{M.} Audieras, et fama fuit; sed carmina tantum  
nostra ualent, Lycida, tela inter Martia quantum  
Chaonias dicunt aquila ueniente columbas.  
quod nisi me quacumque nouas incidere lites  
ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,  
nec tuus hic Moeris nec uiueret ipse Menalcas.

{L.} Heu, cadit in quemquam tantum scelus? heu, tua nobis  
paene simul tecum solacia rapta, Menalca!

Temas propuestos por la profesora MARIANA BREIJO:

9) Proposiciones subordinadas sustantivas con subjuntivo. Ejemplificar con pasajes de autor.

10) Análisis métrico, morfosintáctico y traducción de Catulo, *Carmen* III. Realizar comentario teniendo en cuenta las relaciones intratextuales e intertextuales del poema

Lugete, o Veneres Cupidinesque,  
et quantum est hominum venustiorum:  
passer mortuus est meae puellae,  
passer, deliciae meae puellae,  
quem plus illa oculis suis amabat.  
nam mellitus erat suamque norat  
ipsam tam bene quam puella matrem,  
nec sese a gremio illius movebat,  
sed circumsiliens modo huc modo illuc  
ad solam dominam usque pipiabat.  
qui nunc it per iter tenebricosum  
illuc, unde negant redire quemquam.  
at vobis male sit, malae tenebrae  
Orci, quae omnia bella devoratis:  
tam bellum mihi passerem abstulistis  
o factum male! o miselle passer!  
tua nunc opera meae puellae  
flendo turgiduli rubent ocelli.